

qui visus fuerit, imò audacius inveni & insectari, quærimonia est passus multas, & acerrimas à Superioribus oburgationes, quas ipse patientissimè toleravit, nulla nominis & æstimationis jacturâ, Apostolicus vir etiamnum audiens, & ab egregijs virtutibus semper multi habitus.

544 Et verò diligentissime illas excoluit, Fidem in primis, cujus propagandæ gratiâ durissima pertulit, grandiaque patravir, Religioni inde peræque intentus, cujus argumentum est *Tractatus de methodo Sacras Imagines percolendi*, inferius inter ejus scripta censendus. Spem quòd attinget, tanta erat fiducia, uti Deo lubnixus, ardua quæque aggredi neutiquam vereretur, opemque ejus & auxilium præfens haberet. Porro Charitatem ut deperiret dictu est difficile, conjici que ex his potest, quæ fecit, omnibus hæctenus anarratis, quibus accedunt quæ præterimus reliqua, quæque dicemus: Opusculum etiam quod de Charitate concinnavit, itemque aliud de Contritione, Lectorum ob oculos has, quibus exarserat, flammam aperiant. Adeo quidem hæc publicis in concionibus pertractans ardebat, ut non semel abrumpere captam orationem, aliòque tendere opus sibi fuerit dicenti. Eam obrem, nulla præteribat charitatis officia, Sanctionialibus dum se perfectionis exhibebat atque Magistrum, ductis ad po-

streum supplicium hortator aderat & adjutor, egentibus elemosynas, ut ut potis erat vir pauperum, erogabat, totusque in juvandis propter. Dum proximis erat, atque ut obviam iret scandalis mali dæmonis suavis in festis solennioribus occurrentibus, quæ, nocte Servatoris nostri devota natali, debachationibus per Urbem insanis hominibus, bene moratis offensionem noverat esse, industriè compescuit, invitatis hortatisque elementarijs pueris, dantibusque operam Grammaticæ, ut in suis quisque adibus curarent, Iconem Virginiam ad fenestram, collucentibus luminibus, palam exponi, rogatoque Archiepiscopo Mexicano, ut suis in hunc propositum Edictis concurreret, cui libentissimè Præsul annuit rogatus. Et ceterè voti compes effectus fuit, Purissimâ Deiparente ei obtemperante, qui totum se marianis obsequijs & cultui dederat, erga immaculatam Conceptionem in primis, Præsentationemque eximiam religione conspicuus.

545 Paupertatem, obedientiam, castitatem, patientiam, ceterasque virtutes egregiè adamavit & coluit, quas ad extremum diem usque duxit. Bimestri, qui hunc præcessit, peracerbis doloribus patientissimè toleratis, ad æternam gloriam se comparabat, bis in die sacrâ animum confessione amplius & amplius expians, quem tamen ad labijs expertum

Sacerdos noverat, cui eo ipso anno, totius, quam in Societate duxerat, vitæ, hoc est, annorum quinquaginta rationem sub Sacramenti sigillo dederat, ut nullius læthalis culpa reus haberetur, imò nec venialis quidem deliberato admixta consilio. Tantâ illum Deus gratiâ munierat, cui alia eidem charismata egregia contulerat. Denique, præclaris virtutum exemplis editis, Sanctissimi Jesu-Christi Corporis Viatico refectus, extremoque unctus Oleo, animam Deo reddidit die 21 Decembris anno 1672. Statim ut obitus ejus innotuit, homines certatim confluebant, Sancti, quem dicebant, & Apostolici viri cadaver veneraturi, quod sequenti die, multis ex utroque Clero Populoque Mexico viris gravissimis comitantibus funus, elatum fuit celebri pompâ, Religiosis Sancti Augustini PP. eam curantibus, qui ultro se agendo funeri Ecclesiastico ritu obtulerant.

Vitam ejus conscripsit P. Thomas de Escalante, Doctissimus Societatis ejusdem Theologus, ediditque Mexici, typis Joannis de Ribera 1679. in quarto. Nostri porro scripta sunt hispano sermone.

*Tractatus de virtute charitatis*, quem ipse Escalante Vitæ inferuit Nostri à fol. 27.

*Tractatus de Actu contritionis*, editus similiter à fol. 37. col. 2. ejusdem Vitæ.

*Methodus pro sanctarum Imaginum religione & usu*, cujus specimen dedit ibidem Escalante à fol. 23. col. 2. Opusculi dicti.

*Epistolarum Libri tres*, quarum aliquas sparsim in Vita præcitata opportunè transcriptas invenies, fol. que 9. col. 1. leges tres hos Libros apud Monasterium Mexicæum Sanctionialium ab Incarnatione repertos, unde in Thomæ manus venire, singulas autem spiritum concernere, & ne quidem unam, quæ in hunc non collimet scopum, inveniri.

Aliquot acta Nostri apud Cinasas dedit P. Andreas Perez de Ribas in Triumphis Fidei lib. 6. cap. 18. Ejus brevè ac succulentum elogium texuit P. Julianus Gutierrez Davila Congregationis Oratorij in eisdem Historicis Monumentis part. 1. n. marg. 99. Demum, extat memoria in Menologio edito à P. Oviedo ad diem 21. Decembris.

546 D. BARTHOLOMÆUS FERNANDEZ TALLÓN, Natione Mexicanus & Patria, florido vir ingenio, quos ab Tempore nostrâ, hoc est, à Mexico solo retulit flores, ut in fructus maturarescerent, humana documento esse pulchritudini studens, Poëma hispanis amœnissimis numeris vernâs collegit, quod Censor ejus P. Mathias de Bocanegra Societatis JESU, Poëticæ non minus quam Theologiæ cultor, multis effert, cuique titulum dedit Aauthor.

*Florida humane documenta speciei, & florum ephimera cœnustate ad mores traducta & numeris, alloqueni- bus rosam exhibita.* Mexici, ex Ty- pographia V. Bernardi Calderon 1652. Extat in Bibliotheca Col- legij Maximi Mexicani Societa- tis JESU.

547 D. BARTHOLOMÆUS FRIAS DE ALBORNOS, Natione Hispanus Talabricensis, postquã rubro Doctoris pilco Urtaone in- signis fuerat, Mexicum adiit, cu- jus Universitatis tunc coalescentis Fundatoribus junctus, Ma- gistralique Philosophiæ laureã re- dimitus, tum etiam Legum Do- ctoribus coopatus, earum Pri- marius Interpretes & Professor fuit institutus, hac sub inde gloria clarus, quod nulli secundus fue- rit in nobilissima Juris civilis pro- fessione, quodque Jus peræque ac ceteræ facultates ad miraculum usque inter nostrates postmo- dum effluerint. Ingenium ejus summum fuisse ac planè mon- struosum, Author est D. Nico- laus Antonius in Bibliothecã His- panicæ Novâ tom. 1. pag. 152. restatus, illius similisque memo- riæ specimen sæpe dedisse. Tan- ta apud eruditos id temporis, non Americæ tantum, sed Euro- pæ plurimos, fuit existimatione, quantum data ad eum Andree Refendij Lusitani, Viri Clarissimi, Epistola indicat, nimirum sum- mã. Nec immeritò, quod Ju- ris scientiæ, quam profitebatur, ornamenta plurimã contulisset,

quæ inter censenda est Lingua- rum perities, quam ei laudem *Franciscus Sanctius Brocensis tribuit in Arte discendi brevi tempore Latinam linguam hispanicè scriptã, Virum Doctissimum atque in Lin- guis omnibus perfectissimum* appella- re non dubitans. Scripsit mater- no sermone, quò usui Liber pluribus esse posset,

*Artem Contractuum.* Valentia, litteris Petri Huete 1573 in f. Ad Illmũ D. Didacum Cobarruvias, Summi Senatus Præsidentem, olim que Præceptorem suum. Ut sunt tamen varij hominum sesus, Opus multi ab doctissimis alijs habi- tum, displicuit Ignatio Lopez de Salzedo, Complutensi Professori Canonum Primario, uti Nico- laus advertit ex illius additione ad *Practicam Canonicam Bernardi Diaz* cap. 76 § & *memoria idem teneo.*

*De Hispanorum Familijs* Mss Nostri Opus laudat Gundisalvus Argote de Molina, quod usui sibi fuerat Nobilitatis Bæticæ Hi- storiam scribenti. Ita quidem Ni- colaus Antonius scribit, cui ci- tato non omnino consentit Ger- hardus Ernestus de Franckenau, in Bibliothecã Hispanica Histo- rico-Gençalogico-Heraldica pag. 58 subdubitans, utrum juris con- sultus noster, an alius ab eo Au- thor fuerit hujusce Opusculi, ut Pellicerius æquè ac Salazarius ex- pressis verbis ajunt. Nos rem in medio relinquimus.

*Tractatum de Conversione & In- dorum Debellatione.* In quo durio-

ra forsitan docere aggressus & propugnare, quam æquitas man- suetudini christianæ junctã sub- stineat, repulsam est passus, Li- berque à Quæstoribus Fidei pro- scriptus, ut ex Illmò. Davila Pa- dilla in Historia Mexicana Or- dinis Prædicatorum lib. 1. cap. 103. Nicolaus Antonius adver- tit, nosque supra insinuavimus inter recensendum scripta Illmì. D. Bartholomæi de las Casas. Meminit ejus D. Antonius de Leon Pinelo in Epitome Bibliothecæ Occidentalis col. 742. Item Ægy- dius Gonzalez Davila in Thea- tro Ecclesiæ Mexicane pag. 32. Nostrium inter Academiæ Mexi- cæ conditores enumerans. Plaza in Chronicis ejusdem Academiæ lib. 1. cap. 9 n. 51.

548 ILLMUS. D. D. F. BARTHOLOMÆUS GARCIA DE ESCA- ÑUELA, Natione Hispanus, igno- ta nobis Patria, Ordinis S. Francisci, Regularis Observan- tiæ alumnus in Provincia Gra- natensi, Lector fuit Emeritus, tantique habitus, ut R. admo- dum P. Alphonsus de Salinazes, totius Familiæ Generalis, ipsum unum esse voluerit octo virorum, quos elegit omnium doctissimos, pro severiori efformandã crisi de mirandis à V. M. Maria à Jesu de Agredã Libris scriptis, priusquam publici juris fierent, ut perdo- ctus P. Ecija Capucinus nos docuit in *Muro inexpugnabili My- stica Civitatis Dei* à se edito cap. 5 fundam. 5 p. 26. Catholico

Regi à Concionibus, deinceps à Consilijs, Pottudivitenfis Episcopus destinatus, mox vero ad in- sulas Durangensis Ecclesiæ in Cantabria Nova promotus, in Americam veniens, sapientum ho- minum plausus emeruit, qui ip- sum è sacro suggestu dicentem excipiètes, præconcepam de egre- giã viri doctrinã, atque in Ora- toria Facultate eximijis dotibus opinionem, palam sunt conte- stati, quorum indigitare sat est magna nomina Antonium Nu- ñez de Miranda, & Isidorum de Sariñana. Diocesi suæ amplissime, si quæ est toto Orbe ulla, invi- sendæ & accurandæ deditus, res ejus sic ad normam redegit om- nes, ut ejus in Episcopali mu- nere successores nihil ex his du- xerint immutandum, ejus qui- nimo vestigijs institerint. Extant ejus editæ Conciones doctissimæ, quas Bibliotheca Franciscana re- tulit tom. 1. pag. 186 nos cæ- teras quæ vidimus adjiciemus ineditas. Et primo laudatã loco ita habent ex materno in lati- num sermonem conversus titu- lis.

*Oratio Funebris in Exequijs Gas- paris de Medina Parentis RR. P. ac Illmì D. F. Alphonsi de Sali- zanes.* Salmanticæ formis Jose- phi Gomez 1666 in quarto.

*Oratio Funebris in Exequijs du- ctis magno Hispaniarum Regi Phi- lippo IV.* Eisdem typis Regijs 1666 in quarto.

*Religiosum Exemplar, seu Oratio*

habita in funere R. Admodum P. F. Andrea de Guadalupe Generalis Indiarum Commissarij. Matriti, ex Typographia Regia 1668 in 4.

Panegyrica Oratio habita plaudendi ergo largiores ab Apostolica Sede cultus decretos S. Ferdinando Castella & Legionis Regi. Mantuæ Carpentationum, ex Officina Josephi Fernandez de Buendia, 1671 in quarto. Extat in Oratoriana Mexicea.

Oratio funebris pijs manibus V. P. F. Christophori Delgadillo Franciscani, Provincia Castellana Regularis Observantie alumni. Eisdem typis & anno.

His editis jungimus, quas ineditas vidimus Orationes uno omnes tomo compaginatas in Bibliotheca Sodalis nostri doctissimi D. Emmanuelis Antonij de Luyando.

Oratio Evangelica in Beatificatione S. Rosa à S. Maria Virginis Limensis.

Panegyris dicta, postremà solennissimi festi die ab Regia Matritana Curia acti pro Canonizatione S. Petri de Alcantara.

Ejus viventis insinuat elogia Discipulus & Socius Fr. Antonius de Escaray in nuncupatoria concionis à se edita de Servatoris nostri vindicijs. Orationis n. 3. à nobis recensitæ meminit D. Antonius de Leon Pincelo in Epitome Bibliothecæ Occidentalis fol. 924. col. 1.

549 M. F. BARTHOLOMÆUS GIL GUERRERO, Natione Me-

xicanus, Mexici nobilissimis parentibus editus, Ordini Heremitarum S. Augustini in Provincia SS. nominis JESU adscribi voluit, in qua & litteris effulset & moribus ac muneribus. Traditis è suggestu Philosophiæ & Theologiæ duodecim annis, Magisterij gradum ad Familiæ præscripta tulit. Primarijs Cœnobijs Angelopolitano, Goatemalensi, alijsque ubi præfuerat, toti Provincia Superior datus, non sine laude fructuque oneri satisfecit. Alia inter religiosa monumenta in Mexicano Conventu Turrini pro ære campano erigi multo sumptu curavit, non ab architecturâ commendatam minus, quam à sublimitate, quæ & inuentibus in arte peritis, imò inscijs etiam plausui est egregio. Ingenij verò, quæ reliquis præstant monumentis, duo breviora subnectimus, majoris alia operæ & moliminis nos fugientibus ad utramque Sophiam Oratoriam que pertinencia, quæ etiam multos annos impendit. Sunt autem illa conciones à se habitæ apud Goatemalenses hispano sermone, altera hoc titulo.

Pyxis ostensoria, seu SS. Virgo Dei Mater in gratia concepta. Goatemala, Formis Josephi de Pineda Ibarra 1673 in quarto.

Alterâ, Panegyris de Immemoriali S. Petri Paschasi Mercedensis Ordinis, cultu. Ibidem, extat que edita cum alijs ejusdem argumenti Sermonibus in Libro à

E. Rocho Nuñez, de quo in loco dicemus.

550 M. F. BARTHOLOMÆUS GOMEZ, Natione & incunabilis Mexicanus, sacri Prædicatorum Ordinis sidus, quem in Conventu Mexiceo Provinciæ S. Jacobi Primario amplexatus est, ab utriusque suggestus munijs pro Instituto suo expletis, egregium nomen est assequutus: nam primos inter ea ætate concionatores habitus, Gymnasij palestram docendo Philosophiam atque Theologiam strenuè dimensus, Magisterij lauream promeruit: tum etiam in Academiâ nostrâ pro tuendâ S. Thomæ doctrina, auditoribusque explicandâ perpetuus Antecessor defuncto Clarissimo Viro F. Ludovico Vallejo suffectus est 9 Junij 1618. Ejus quoque operâ pro negotijs Fidei uti Apostolici Quæsitores voluere,

Censoris insigni munere ipsi collato. Religiosis alijs functus in Familia Prætoris, ad Provinciæ clavum sedit ejusdem Vicariatu potitus, cujus bonis & incolumitati egregio quo erat zelo prospexit. Hanc obrem scribendi Historiam ejus continuandique editam ab Illmò. Davila Padilla curas sibi assumpserat, pro quo opere multa paraverat, quod tamen, morte intercedente quo minus procederet, Discipulo suo satis docto & strenuo viro F. Alphonso Franco reliquit, à quo scriptam, quam legimus, Historiam Provinciæ S. Jacobi Dominica-

norum, superius diximus. Nostrum porro, gravioribus prætermittis elucubrationibus ad res Theologicas spectantibus, quas tempus unaque decessorum incuria nobis inviderunt, suppetunt

Adversaria pro Historia Provinciæ S. Jacobi Prædicatorum Ordinis adormanda.

Quorum meminit citatus Franco Lib. 2. cap. 40. fol. 239. Auctoris verò memoriam etiam nobis exhibet Plaza in Chronicis Academicis Lib. 3. cap. 22. n. 113.

551 ILLMUS. D. D. BARTHOLOMÆUS GONZALEZ SOLTERO Natione Mexicanus & Patria, Episcopus Goatemalensis, apud Mexicea Societatis JESU Gymnasia humaniores excoluit litteras, Philosophiæque operam dedit: majoribus dein Theologiæ & Canonum studijs in Universitate totus incubuit, alijsque præreptis laureis, & doctorali Theologiæ apice redimitus, Academicam non semel rexit. Ad multa quidem natura comparatus & arte, sacris excipiendis confessionibus fuit expositus, jussusque ab Archipræsule Mexicano concionatoris munus obire, paruit nec sine fructu & laude. A Sacro Fidei consistorio auctus honoribus, pro visitandis Bibliothecis librisque expurgandis fuit institutus, atque ut partes ageret Oratoris pro carceratis tuendis à Quæsitibus destinatus, tum etiam pro Theologicis cen-

fucis ferendis titulo insignitus prænobili, qua erat pietate & eruditione munera explevit. A Supremo Inquisitionis Consilio primum Fiscalis Mexicæ Tribunalis sacri constitutus fuit, postmodumque Apostolicus Inquisitor, quibus strenuè defunctus Præfecturis clarissimis, dignus visus est Regio Indiarum Consistorio ipsique Catholico Regi, qui ad Pontificales eveheretur Goatemalenses insulas: Antequaræ Goaxacensium ab eorundem Episcopo D. Bartholomæo de Benavides consecratus, in Ecclesiam suam pergens, statim plusquam octonille baptizatos sacro chrysmata inunxit, ubi verò Goatemalam tenuit, Urbem primariam, 16 Septembris anno 1644 totum se pastoralis devovit officio. Non potuit tamen quin Regiæ iussioni obtemperans, rationes exigeret de Præfectura gesta à Marchione de Lorenzana, qui Auditorij Goatemalensis Præsidentem egerat: quo ille ita functus mandato fuit, ut æquissimi juxta ac prudentissimi laudem tulcrit. Pauperes ut eleemosynis sublevaret, eorum à Rectoribus Ecclesiarum nomina requirebat, propriisque collata manibus stipe recreabat, nec erubescerent mendicare, & Religiosas Virgines prætermitterebat. Egrotantibus lueque infectis aderat subsidio spirituali futurus & temporali. Adversus cæteros charitate præcellens & humanitate, in semet flagris sæviebat,

mortique proximus eruentata ciclicia triginta confessorio suo tradidit, quæ usus fuerat, clam habenda. Multis portò ad Dei gloriam & Diocesis bonum exactis, bimestri egroracione purgatus, pijsimèque ad mortem dispositus, Pontificijs indutus vestibus, obviam venienti Christo Eucharisticis speciebus velato exivit, quo religiosissimè pectus ac præmunitus, christianis alijs exercitijs incubuit. Historiam Passionis Dominicæ & Symbolum Fidei aliaque pro voto suo ab adstantibus recitata ut audierat, Crucifixi complexum Imaginem, accensum que cereum, mortem aspexit die 25 Januarij anno 1650 ætatis 74. Funus ejus, quod egregiè celebratum à Goatemalensibus pompa fuerat, instauratum Mexici fuit à Sodalibus Congregationis Proto-Parentis Divi Petri, quam pridem rexerat, assistentibus Quæstoribus Fidei, & gravissimâ sapientum ac nobilium coronâ, Panegyricumque dicente D. D. Antonio Aldrete, quæ typis prodijt excussa Viduæ Bernardi Calderon anno 1650.

Quod ad scripta Nostri attinet, cætera nos fugiant & Theologica & Juridica Opuscula, præter *Conciones varias,*

Quæ ad alicubi mancant nescimus.

Ejus meminere Egydius Gonzalez Davila in Theatro Ecclesiæ Goatemalensis pag. 167 errata aliquot historica passus. Joannes

Diez

Diez de la Calle in Memoriali & Notitijs Sacris & Regalibus Ind. Occid. fol. 116. col. 1. egregio ipsum elogio ab studijs Canonici & Regij juris laudans. Medina in Chronicis Provinciæ S. Didaci Mexicanæ fol. 240 n. 10. Siguenza in Triumpho Parthenico fol. 87 col. 2. Valquez in Chronica Provinciæ Goatemalensis Franciscanorum tom. 2 lib. 5 tract. 2. cap. 28 pag. 719 multis ipsum effereus laudibus brevè que acta complectens. Leal in Monument. Eccles. Goatemal. pag. 48.

552 V. P. F. BARTHOLOMÆUS GUTIERREZ, perpeffi propter Jesu-Christi Fidem Martyrij apud Japonienses gloriâ illustris, Natione Mexicanus Patriaque fuit, frustra reclamante Joanne Fernandez Lechuga, Angelopolitano, ut gentilibus eum suis adscribat, multisque placitum suum colorante pigmentis, delusus certè ab Manila edita enarracione anno 1628 operâ & studio P. Martini Claver Augustiniani, in qua Familia suæ Sodalium Vitis & Martyrij Nostri acta & perpeffa, Socij etiam sui, adjungens, natale ei solum Angelopolim dat, errore facile condonando extero homini, & multis ab America dilito parafangis, scientique ex Conventu Angelopolitano Nostrium in Philippinas Insulas trajecisse. Porro, ne res in accipiti futura olim sit, Mexicani in acceptis referre debent Illud Viro Matritensi natu, Domicilioque nostratibus ad-

dito M. D. F. Josepho Sicardo, prædicti Ordinis alumno doctissimo (de quo in loco dicemus) Hic veritatis amans & scrutator, quo tempore Angelopolitani velificabat, ejusdem Diocesis Viri Ordinem suum in laicali statu professi Bartholomæi à Jesu Maria acta bono in lumine ponitoram Mexice Archiepiscopo Processu, ut dicitur, ad Perpetuam accurans, Nostri ut incunabula palam fierent Senatuum Populumque Mexicanum sollicitavit, constititque subinde Instrumentis authenticis Bartholomæum Gutierrez Mexici editum, Christianis clatisque Parentibus Hispanorum sanguine satis, Alphonso Gutierrez & Anna Rodriguez de Espinosa, lustricoque characterè donatum & nōmine in Ecclesiâ Cathedrali baptismum ei ministrante V. P. Francisco Loza, Parocho à litteris, scriptis, & virtutibus famosissimo, 4 Septembris anno 1580, ut legere est Lib. 4 fol. 90 ex his qui pro censendis Baptismo ablutis, in Archivio Sacratij servantur. Atque ut alia ejus rei monumenta prætermittamus in ejusdem Sicardi Lib. de *Martyribus Japoniensibus* secundo, cap. 9. § 1. pag. 240 legenda; Nostri cætera percurramus. A primis statim annis optimè à genitoribus institutus, animum in virtutes pronum gerebat, & in graviora inclinabat quâ ab illa sperari ætacula possent. Tanto verò ingenio & acumine

Ez

cra t

erat Latinitati hauriendæ incumbens, Rhetoricæ, ac Philosophiæ, nemo ut Condiscipulorum ipsum præverterit.

553 Provincia Augustini-  
næ Mexicæ à SS. JESU nomi-  
ne nuncupatæ, eximiâ observan-  
tiâ florenti nomen dedit, & Prio-  
rem Mexicani Cœnobij agen-  
te M. Didaco de Contreras, post-  
modum Archiepiscopo Hispanio-  
læ, Indiarum Primate, tria so-  
lenni ritu vota nuncupavit 1 Ju-  
nij 1597. Professus adscriptus vi-  
ris, studiorum causâ majorum  
missus est Jurirapundarum, ut  
eo in Conventu Michoacanen-  
sis Regni, Provinciæ verò tunc  
Mexicanæ (una enim id tempo-  
ris omnes continebantur, in duas  
inde procipli) quietius litteris ope-  
ram daret: cujus memoriæ gra-  
tia anno 1683 Imago Servi Dei  
coloribus ducta, appensa est in  
ea, quam incolerat, cella, atque  
appendicibus in Bibliothecâ dein-  
ceps evalerat. Litteris ibi ita ani-  
mum excoluit, ut virtutibus col-  
endis perfectioneque religiosa  
nil antiquius habuerit, hisque se  
exercitijs ad Sacerdotium compar-  
avit. Eo initiatus, Angelopo-  
lim missus, cum inibi ageret an-  
no 1605, transeunti M. F. Petro  
Solier (tunc Manilensis Provin-  
ciæ Augustinianæ Procuratori,  
postea ad insulas Portudivitenses  
promoto & Hispaniolæ) comi-  
tem se dedit, unâ secum ducen-  
ti supplementum in Philippinas  
Religiosorum, eo ipse consilio,

ut degentibus in amplissimo Ja-  
poniorum Imperio infidelibus ali-  
quam olim Evangelij lucem affer-  
ret, vitamque Jesu-Christi amo-  
re profunderet.

554 Insulas appulsus anno  
1606 mense Majo, Manilæ, Pæ-  
latis jubentibus, substitit, cum  
alijs religiosa vitæ deditus insti-  
tutus, tum etiam orationi & pe-  
nitentiæ ferventius incumbens,  
quibus se idoneum lucrands red-  
deret animabus. Tyronum præ-  
fectus institutioni, verbo eos &  
exemplo omnibus imbuiere vir-  
tutibus satagebat, eo quidem suc-  
cessu, ut non unus ex ipsis Mar-  
tyrio tandem insignis evaserit.  
Hæc inter animo continuo Ja-  
ponios volenti, proque eorum  
conversione diu noctuque suspi-  
ranti, Prælati annuerunt, atque  
anno 1612 quibus inhiarat gen-  
tibus spectabilem sese dedit. Illi-  
co, nec multo negotio, earum  
calluit idioma, quo uti capit ex-  
peditissimè, Priorque Conventus  
de Ufuxi sequenti anno institutus  
est. Erant ibi locorum & is  
& de Sanki dictus Conventus Re-  
ligiosorum S. Augustini, qui 14  
millia christianorum curam sus-  
ceperant, aggregandisque ovili  
Christi infidelibus adlaborabant.  
His noster intentus officijs, mul-  
tos per Evangelium filios genuer-  
at, genitisque sacra, ut adoles-  
cerent, ministraverat, cum ecce  
res Japoniæ fere tota Religionis  
turbatur, Imperatore Xogam, vel  
Xongulamate in Ecclesiam sæ-  
vic-

viente, mandanteque uti è suis  
finibus cuncti, qui aderant, Re-  
ligiosi viri propellerentur.

555 Exules inter in diversa  
pergentes, Manilam Gutierrez re-  
ducitur, iterumque novitijs, ut  
pridem, educandis præficitur.  
Triennium in hoc munere po-  
suit, repetitis precibus, & jugi  
corpore castigatione sollicitans  
Deum, ut Japonios suos ferè sa-  
crorum Ministris destitutos sola-  
reretur, & lumen Paganis afferer.  
Sub id tempus, Provinciæ Præ-  
ses Epistolam à Christianis Japo-  
nensibus, qui se Confraternita-  
ti à Cingulo S. Augustini nunc-  
upatæ dederant, subscriptam ac-  
cepit, instantissimè postulantibus,  
ad ipsos ut remittere dignaretur  
Bartholomæum Gutierrez, vel  
Anastasium Ortiz, quondam Mi-  
nistros suos, quorum alteruter  
auxilio afflictis rebus esset atque  
solatio. Nostri Provincialis ope-  
ri destinavit, cui F. Petrum de  
Zuñiga Socium conjunxit, atque  
uterque sequenti anno 1618 unâ  
cum alijs diversorum Ordinum  
Religiosis, dissimulatâ veste, Ja-  
poniam tenere, ubi ad varia di-  
gressi, in suis quisque ædibus à  
Christianis clanculum paratis,  
Apostolica ministeria redorsit.

556 Quod verò ubique Po-  
pulorum mōs immineret nun-  
ciantibus Christum atque co-  
lentibus, Noster in abdita mon-  
tium & cavernas receptus, dies  
transigebat, nisi vocatus à Chri-  
stianis sacrorum causâ, aut spe-

allectus Infideles ad Ecclesiam  
trahendi: etenim ubi hæc afflu-  
gebat, nil moratus, discrimini se  
vitæ & difficillimis quibusque ob-  
jiciebat, hinc inde Urbes Reg-  
naque concursans, nihilo Japo-  
nijs habitu dissimilis totos quin-  
decim annos. Nocturno tempo-  
re ab montanis in Civitatem aut  
Pagum descendens, conveniētes  
clam in Dominum Christianos fove-  
bat, & si qui erant Cathæcumeni,  
hos puerosque Baptismo ablucbat,  
cæteris aliâ Sacramenta submini-  
strabat: propè auroram ad aras fac-  
ciens, Corpus Domini porrigebat,  
nullisque non officijs, pro ut  
opus cuique esset, omnes solaba-  
tur atque recreabat. Ad hæc om-  
nium se virtutum exemplar ut  
daret, cœlestium contemplationi  
rerum quotidie vacabat, cilijs  
discrucians se asperimis, & crue-  
tis flagellationibus, tantaque ab-  
stinencia, vix ut ossibus hæreret.

557 Ad Sacrificulos sæpe gen-  
tis Boncios offendit, & quo erat  
Fidei & animarū zelo intrepidus,  
ac cœlesti imbutus doctrinâ, ar-  
gumentis illos convicit, in super-  
stitionibus tamen suis obstinatos,  
infensissimos habuit, qui subin-  
de ut Tyranis traderetur multis  
egerunt. Et cœssisset illis brevius  
ex animo, ni eximiâ eum Deus  
providentiâ ad definitum usque  
tempus apparitoribus subduxisset.  
Quandoque aditus in angulo  
domus cujusdam, qui fugientem  
exceperat, hominis Christiani,  
oculos effugit & manus confluen-

rium agmine facto militum, sus-  
que deque omnia vertentium,  
quod angulus ille telis araneorum  
repente coopertus, pro muro ei  
fuerit, ut quondam S. Felici Epif-  
copo Nolæ: quandoque miris alijs  
modis quærentes se elusit. Intè-  
rea loci, ineunte Augusti mense  
anni 1629. Tyranus nomine Ta-  
canaga, Rex Bungî, rerum potiri  
cepit Nangasaquianarum, tanta  
in Christianos rabie furens & de-  
baccharus, ut celebrioribus imma-  
nitate Romanis, cæterisque quõ-  
dam persecutoribus Ecclesiæ nul-  
lis concederet, omnes ad unum  
Christianos quanta vix cogitari  
potest inhumanitate ad abjurandâ  
Religionem perurgens. Cujus reli-  
qui Principes exemplo commoti,  
adblandiendique Imperatori  
gratiâ (quam ut iniret Tacana-  
ga Fideles quosque diris devo-  
verat) ubique Japonensis regio-  
nis afflictâ nimis erat christiana  
res.

558 Ei ut subveniret Noster,  
Christi cultores ferventissimis  
hortabatur concionibus, perque  
Regna discurrens, auxilio erat  
conquisitis ad necem, vexatisque  
omnibus. Id ubi Tyranus rescivit,  
nullum non movit rudentem,  
quo Bartholomæum in vincula  
traheret, egregijs propositis præ-  
mijis iniquissimis Fidei deserto-  
ribus modo cum proderent. No-  
tior ijs Gutierrez erat, quam ut  
latere posset homines vasserri-  
mos, queis Christianorum arcana  
patuerant: facillè subinde apud

Isaphaji Regnum Apostolicum  
virum perditu nbulones è mon-  
tis latibulo abductum, gemina  
catena manicisque vincitum una  
cum Socio, Doxicum appellant,  
in Custodiam Nangasaquianam,  
quæ Tulliano & ergastulo quovis  
horridior erat, 10 Novembris an-  
no 1629 detulere. Gestiebat ille  
tripudiabatque, quod pro Chris-  
tiffidei & Amore istiusmodi, fausta  
sibi sorte, contingerent: gauden-  
temque strenui comitati fuere  
religiosissimi atleræ & commilito-  
nes, non multo post in carce-  
rem ipsum eadem causâ detrusi:  
P. Antonius Pinto, natu Japo-  
nius, Societatis JESU Sacerdos,  
& PP. Franciscus à JESU & Vin-  
cècius Carballo, aliâs à S. Antonio,  
Augustiniani nudipedes. Non diu  
ibi hæserè, Tyrano curante ut  
in Omuræ ergastulum, pro Reli-  
giosis destinatum viris, multo du-  
rius ac tetrius, unâ omnes qua-  
tuor ferreis constructi vinculis ab-  
riperentur.

559 Biennium in eo patien-  
tissimè egerunt atque sanctissi-  
mè: nam ad famem, sitim, & in-  
commoda fœdissimi loci pro  
Christi amore lubenti animo to-  
lerata, eximia religionis, charita-  
tis, & aliarum virtutum exempla  
jungebant. Proeurantibus liqui-  
dem aliquot Lusitanis, ac munc-  
ribus custodes subornantibus &  
cipientibus, ne secretè acceden-  
tes colloquij gratiâ ineundi &  
trahendi cum religiosis vincis,  
arcerent; venientibus Christianis

zares pro expiandis conscientijs  
Sacerdotes præbebant, salutisque  
monita dabant; Infideles verò  
Baptismo inhiantes, inhiabant  
salutari lavacro, imò aliquos à  
sectis abductos gentilium, sacris  
adjunxere nostris, ex illisque Bon-  
rium, qui Catholicam ita Fidem  
amplexatus fuit, ut Apostolico eam  
prædicandi deditis muneri, hanc  
ob causam jubente Tyrano, com-  
bustus obierit. Noster intèrea &  
Socij diu noctuque orationi in-  
sistere, voluntaria maceratione  
corpus atterere, Hymnos & Psal-  
mos, nequidquam Paganis fren-  
dentibus, canere in delicijs habe-  
bant: in primis autem operantes  
ad aras delectabatur, summo ma-  
ne Eucharistico depasti epulo,  
quod Ecclesiasticis ceremonijs cõ-  
ficere poterant, piè corruptis sa-  
tellitibus, ut vala & paramenta  
sacra clam illuc inducta asservari  
quidem possent, & in usum tra-  
duci. Adhæc, Epistolas pro Ja-  
poniensis Ecclesiæ solatio dede-  
runt spiritu plenas & robore, alias  
que ad Sodales longè dislitos &  
amicos, idque genus multa pro  
Dei gloria patrarunt.

560 E vinculis Omuren-  
sibus in Nangasaquiana reduci Ty-  
rano placuit, animo meditati  
eos crudelissimè Balneis Ungem  
dictis torquere, qui 42 ab Ur-  
be miliaribus distant, & in eo  
fordidissimo carcere jaentibus  
Religionis quoque causâ F. Gar-  
trich à Magdalena, Laico ex Or-  
dinis S. Francisci viro extatico,

& pijs sceminis Beatrix de Aco-  
sta, Viduæ, & Maria de Silva, na-  
tæ ejus, comites se dederunt. Est  
quidem apud Arimæ Regnum ni-  
mum sublimis mons, cujus in  
vertice perpetuis rigente ni-  
vibus, Vallis latè exporrectus  
multa variaque affluit scaturigi-  
ne, hinc tepidis, illinc frigidis,  
alibi algidissimis erumpentibus  
aquis; aliorum contra nimio ar-  
dentibus laticibus promananti-  
bus. Medium hæc inter occupat  
lacus aræ æqualis, ardentissimâ  
ebulliens aquâ sulphuri immix-  
ta, quæ ubi corpus receperit, con-  
festim dissolvit, nec residuis con-  
sibus parit. Unguem & Fingo-  
qui gentili dialecto locum com-  
pellant, hoc est, Infernum Ache-  
rontiaque Regna, multis illa ostijs  
patentia, quorum alia fontibus  
alijs, deterius longissimè omni-  
bus, Christi cultoribus destina-  
verant.

561 Atque ut Noster Socij  
que cum alijs terra & mari ca-  
tenati ducerentur ad isthæc ini-  
quissima, tyranus decreverat,  
utrum Catholicam abjurarent Fi-  
dem tentaturus, igneo illos laticè  
è cavernis hausto non semel  
balneans, quem peritissimi ad si-  
milia lictores, citra proprium dis-  
crimen, è superiori loco in sca-  
pulas totaque Martyrum corpo-  
ra, quinque adstricta finibus,  
pedes, manus, & collum alligan-  
tibus, profundebant. Nihil tam-  
en ut crudelissimo se lavacro,  
haud semel repetito, proficere no-

runt, imò solidiores in asserendâ Fide perstare Christianos, tostos quidem disluentibus flammis, atque inde à capite ad calcem plagatos, unâque incredibili gelu rigentes (incruderat siquidem hyems.) totis triginta diebus & uno; in Nangasaquiana reducunt vincula. At enim, sanctos priusquam viros ibi constituant, vehementiori ipsos in itinere provocant tentatione. Nam horum offendentes, placidè discurrentibus aquis & in fontem confluentibus amœnissimum, toto nudatas corpore speciosas triginta feminas, intringendas conjiciunt, presentibus Nostri, qui tamen clausis obfirmatè luminibus, Uliæoque genio auribus oclusis, Sirenes & Venerem felicius equidem & fortius quam Plutonem nuper contemptui habuere, eximij, Deo auxiliante, triumphis præclari.

562. In pristino reclusi Tulliano à sexta Februarij ad tertiam Septembris, inedia, plagis, multisque confecti arumnis atque gravati, vegetioribus tamen animis aucti, pias, ut in Omurenibus caveis usu tenebant, exercitationes, queis se ad ultimum præpararent agonem, nihilo remissus colebant. De Ecclesiâ autem Regionis solliciti, utut poterant, Fideles hortabantur, Nosterque in primis F. Thomam à S. Augustino Sodalem suum (laureâ quoque martyrij, diverso tamen tempore, illustrem)

furtim illuc ingressum de christiana Japoniorum Republica, pro ea qua erat experientiâ prudentiâque, docuit, atque ut in arctissimis posita juvaretur, monitis egit. Interea loci, Tucanaga Curiam adierat, Imperatorem, uti certum de agitato negotio faceret, extremumque in Religiosos viros decretum afferret. Id priusquam juberet exequi, feminis (de quibus memoravimus) piensissimis exilio mulctatis, Religiosis, numero quinque, hæcenus vincularis, lectum addidit Præbyterum Clericum, gente Japonium, Joannem Hieronymum, à Cruce, aliàs de Torres, Tertij Franciscanorum Ordinis, simili omnibus comminato flammarum postremo supplicio, ni à Christi ad gentilium castra transirent. Quod vero nihil se minis aut suasionibus, quas adjecerat, proficere animadvertit, oleum imò & operam perdere, ad ignem tandem provocat, sensim qui ultos forsitan renunciare Christo compellat.

563. Præfinita supplicio die, concurrentibusque plurimis acervatim gentilibus, in Theatrum Religiosi viri ducuntur, singulisque, ad suam quisque columnam, levi nexu constructis, ut expedit se possent facilè, si à Christo deciscere mallent, lignis circum aggregitis, atque ut morosis incrementis flagrant arte compositis, flammæ admoventur, quæ tamen ocyus & lites corripunt, & frondibus constructum umbra-

culum juxtaque Apostolicos viros, qui Crucifixi Imaginem habentes ob oculos, ejusdem amoris propagandæque ac tuendæ Fidei causâ (ut scriptis litteris palam omnibus à lectore fieri Tyranus præceperat) alacres ac læti in cineres usque redacti, evolarunt in cœlum, immatensibili coronâ donandi: die 3 Septembris anno 1632. Nostro 52 ætatis agente, proximaque die totidem à suscepto Baptismate annos computaturo.

564. Illustres sui Confessores Deus non uno tantum signo conspicuos reddidit, egregio lumine super ipsos, quo patiebantur tempore, in aere, cætera offusos nubibus, collucente, aveque, columbæ instar, expansis alis circum volante; quæ portò mira Paganis hominibus tam visa sunt rara, ut perciti admiratione, Magnum utique Deum, cujus gratiâ passi fuerant ejusdem Mylæ, plenis buccis exclamare non fuerint veriti. Fideles Sanctorum reliquijs inhiantes Tyranus cohibuit, sedulo curans, ut collecti cineres in mare omnes projicerentur; nihilo tamen ipsi animos deponentes, exuvias sacras, vestes, & utensilia diligentissimè conquisitas, religioni fovendæ & pietati asservarunt, Nostrique thoracem Mexicum deduxerunt in Primarium Augustinianorum Cœnobium, ubi ad Oratorium Novitiatum, quantum fas est per Apostolica decreta, piè colitur,

unâ cum Epistola quam Bartholomæus ad nepotem suum dederat è carceribus Omuranis 30 Augusti 1630.

565. Oportundè maximopere Mexicanis certè est, nullisque parcendum diligentij & sumptibus, ut Beatificationis fortissimi & incluyi Viri causa apud Romanam curiam agatur, S. P. Q. Mexicani excitatis decretis illis quæ 11 Februarij anno 1684 subscripta fuerit, innovatisque ad Catholicum Regem nostrum, & ad Generalem Ordinis Divi Augustini Præpositum 2 Maji ejusdem anni datis Epistolis, ut ex umbra in solem prodeant Declarationes super Martyrio factæ Nostri, quæ, editis de ejus Canonizationis negotio Summarijs habentur, in Summario primo n. 67. pag. 284. n. 111. pag. 459. & in Summario ultimo n. 13 littera B, de quibus laudatus Sicardus fidem facit indicando infra loco. Ante quam verò scripta Nostri recenseamus, placet unum è multis in ejusdem laudem congestis Epigrammatis, hæc subnectere. Habentur edita ante primum Librum à P. F. Petro Gaspere de S. Augustino ejusdem Ordinis, apud Insulas Philippinas Desinitore Procuratoreque Generali in Europam dimisso, in Conquisitione Philippinarum edita Matrivi 1698 typis Emmanuelis Ruiz de Murga. Elogium verò sic ad geminum Bartholomæi martyrium adludit.